

Carmina Burana (O Fortuna)

O Fortuna  
Velut luna  
Statu variabilis  
semper crescis, aut decrescis  
vita detestabilis  
nunc obdurat, et tunc curat  
ludo mentis aciem  
egestatem  
potestatem, dissolvit ut glaciem.

Sors immanis, et inanis  
rota tu volubilis  
status malus, vana salus  
semper dissolubilis  
obumbrata, et velata  
mihi quoque niteris  
nunc per ludum, dorsum nudum  
fero tui sceleris.

Sors salutis, et virtutis  
michi nunc contraria,  
est affectus, et defectus  
semper in angaria.  
Hac in hora, sine mora  
corde pulsum tangite  
quod per sortem  
sternit fortem  
mecum omnes plangiteeeeeeeeeeeeeeee